

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXVIII. Teneatur ne venditor emptori, de euictione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

subire. Quare ipso venditore non satisfaciens ipse videtur obligatus iuxta ea que de alienatione in fraudem creditorum late diximus disp. 1. b. t. p. 14.

Secus in his dicendum est, si bona fide secundus emptor, vel donatarius procciderint. Nam itane bona fide si titulo emptionis rem alteri venditam, non tamen obligatum accepereis euincit a primo emptore nequit ut colligitur ex dicta leg. 1. ff. de actionibus empti. & iuponunt Anton. Gomez, Coquarrum, Gutierri, Lessius, Molina, Layman, loris, allegatis. At si titulo lucrativo acceptisti intra annum euincit potest si exerit in specie, vel quatenus ex ea diutor factus sis, quia titulus onerosus lucrativo praeferti debet dicta leg. 1. In foto autem conscientia nullam videtur obligacionem habere, cum iniunctio partis non fuerit.

Ad extremum adiuvare, cum primus & secundus emptor litigant cui primo dominum translatum sit in calu dubius primo emptori fauendum est. Tum quia suam intentionem habet fundatum. Tum vt eius iniuria repararet. Excipe nisi secundus pretium numerauerit, cum ratiunculari primi non probetur. Sic Coquarrum. 2. var. cap. 19. numer. 6. Lessius. lib. 2. cap. 21. dub. 20. in fine.

P V N C T V M X X V I I I .

Teneaturne vendorum emptori de euincione?

Es a non domino possessa, & detenta via & in servitu. Rem adiusta est, quam cum dominus recuperaverit illam euincit, & a seruitute eximis. Contingit autem sepe quod emptor rem alienam, vel alteri obligata emat, ob quam causam ab eo euincitur. Quia euicta concessa illi actio est aduersus venditorem. Tum vt fibi pretium datum reddatur iuxta estimationem rei ex tempore quo euincitur. Tum vt fibi sibi faciatio quanti sua intererat rem habere, tum ad damna si que inde fuerint subsequentur, vt constat ex leg. 1. leg. vendorum leg. euincire, ff. de euincitionibus, leg. non dubio, leg. si contrauersa, leg. si cum quiesco. Cod. eodem. & capite fin. de emptione & vendit. & leg. 32. & seqq. titulo. 5. pars. 5.

§. I.

Quibus in contractibus obligatio euincitionis locum habeat?

1. In quolibet contractu onerofo datur euincitio.
2. Datur in contractu permutationis.
3. Item in datione in solutum.
4. In constitutione dotis estimata.
5. In transactione.
6. In divisione hereditatis.
7. In usufructu.
8. In servitutibus.
9. In contractibus lucrativis non est locus euincitionis.
10. Si rem alienam donasti teneris donatario sumptus factos in re passanda compensare.
11. Siue donatio incipiat a promissione sine a traditione non est locus euincitionis, sive plures contrarium sentiant.
12. In legatis admittenda est euincitio.

Non solum in contractu emptionis, & venditionis, sed in quoilibet alio contractu onerofo datur euincitio tametsi promissa non sit. Ut probat lex libera. Cod. de fementis, & in iure omnis iudic. quia iure sui disponente hac obligatio ex ipso metu contractu nascitur. Et Primo in contractu emptionis, & venditionis omnes Doctores fatentur debitam esse euincitionem, si res empta ab emptore euincitur. leg. 1. & seq. de euincitionibus, leg. empor. fundi. Cod. eodem. & cap. fin. de empto & vendito.

Secundo debetur euincitio in contractu permutationis. leg. si permutationis. Cod. de euincitione. & leg. 1. Cod. de rerum permutat. quod enim permutatione accipitur quasi emittit se permutata qua compensatur.

Terrio est locus euincitionis in dationem solutum, dicta leg. libra. Cod. de fementis. & leg. predium. Cod. de euincitionibus. Redimus namque ex te data solutionem debiti faciendam; fallit tamen in ferme bona fide pro noxa dato, qui si a vero domino euincatur non tenetur concedens de euincitione, quia ipse noxa debitor non erat, poterit tamen damnificatus noxa excepere restituere serum, quoque verus Dominus noxiam compenser, leg. si noxale. §. fin. ff. de noxalib. Sicut bene adiuvat alios referens Anton. Gomez titul. 1. var. cap. 2. numer. 33.

Quarto procedit euincitio in constitutione dotis estimata estimatione que facit emptionem, quia recipiens tenetur premium reddere. Secus est si maliter dos concedatur ut mubat, quia

videtur esse liberalis donatio ad fiduciam matrimonij. Vt probat lex. 1. Cod. de iure donum. & ibi Doctores communiter recte Anton. Gomez. numer. 37. Quod si dos non mulier, sed maritus concedatur, sive deus estimata sive non, esto Anton. Gomez ibi ceteras euincitiones non esse locum, quia pertinet et interitus rei non spectat ad ipsum, & quia ei non euincit virus ob cuius traditionem onera matrimonij simpliciter sustinet, verus est oppositum. Vt placuit Molini, disputat. 38 o. in princ. Layman, lib. 3. sum. sect. 2. tractat. 4. capit. 17. §. 3. quia facit videtur esse quod ob dorem sibi confirmatum matrimonij contractum qui onerosus est celebret alias non celebratur.

Quinto concedenda est euincitio in transactione non quidem comparatione eius de quo transactione facta est, sed comparatione eius quod pro transactione est datum. V. g. contendis cum Ticio de pradio, vt cedar lit, quadrum fundum, si fundus euincitur de euincitione teneris, quia a te fundum habuit ob dubia litis questionem: at si predium tibi euincitur non est obligatus. Titulus de euincitione praejudici, neque item obligatus ad fundum a te acceptum reddendum, quia non acceperisti a Ticio pradium, neque ipse in illius compensationem fundum acceptat, sed vt a liete cesaret: vt recte refoluit ex communis sententia Anton. Gomez d. capite 2. numer. 38. Molini, disputat. 38 o. post init. & probat lex si profunda. Cod. de transactionibus.

Sexto datut euincitio in divisione hereditatis facta ab ipsis heredibus, leg. si familia. Cod. familiae excusanda. Continet enim haec divisione virtutem communicationem. Vnde si res vni applicata euincitur, coheretes alter tenetur de euincitione: vt bene probat Anton. Gomez d. capite 2. numer. 34. Fachini, lib. 6. cap. 68. conclus. 7. Secus est si ipsi coheredes pacti essent vt de euincitione non tenentur, quia ex pacto sibi iniunctum cesserent iuri euincitionis: vt inquit dicta lex si familia. Item si illa divisione facta esset ex voluntate testatoris, nam censeretur praelegatus cui res firma, & secura perficit aduersus quem nullam actionem haberet is a quo sua pars euincitur, leg. cum parte. §. euincitio. ff. de legatis 2. nisi forte legitima debita priuareetur, leg. scimus. Cod. de inefficacia testam. & tradit Anton. Gomez. cap. numer. 34.

Cum vero vendit hereditatem, vel quotant eius, & aliqua res singularis. & particularis illius emptori euincitur non tenetis de euincitione. Vt habetur leg. 1. ver. 1. Cod. de euincitione, quia ipsa non fuit vendita per se, sed quatenus in hereditate a te vendita presumebas contineri, bene tamen obligaris de euincitione, si ipsa hereditas, vel illius quota fuerit euincita, eo quod conuincit non adhuc esse heredem, nec ius hereditatis alienabili habere. leg. si nulla. ff. de heredit. vel actione vendita sic Anton. Gomez. 2. var. cap. 2. num. 43.

Septimo euincitio admittenda est in usufructu. Etenim si rem frugiferam vendidisti a qui usufructus euincitur generis emptori de euincitione, leg. via. ce. leg. quid. si quid. leg. si ab empore. ff. de euincitionibus. quia ab eo pars rei venditae sublata est; usufructus enim pars est rei venditae, leg. 4. ff. de usufructu. & leg. qui usufructum. ff. de servior. obligat. & alii adducunt ab Anton. Gomez 2. var. cap. 2. Numer. 45. Molini, disputat. 38 o. §. si pars.

Ottavo in servitutibus partim euincitionis obligatio admitti debet patrim negari: si enim vendas tem tanquam liberam sciens esse seruitutem subiectam, & a fortiori si affirmasti nullo viro teneri, & postmodum seruitus rufica, vel urbana, nempe aliis tollendi, nullificatu auctrendi, vel non auctrendi, riga immittendi, ducenti aquam, agendi iter, & alia familiis euincitur de euincitione teneris & ad interesse & damna subsequenda, iuxta leg. penitus. ff. de euincitionibus. leg. 1. §. 1. leg. Julianus. leg. quarto ff. de actionibus. empri. Quid adeo verum est, vt cito pactum feceris, ne haec obligatione teneraris, non ob inde exequaris, quia emptor non tenetur in pactum dolosum concurrens. Vt habetur dicta leg. quarto, & docet Anton. Gomez d. cap. 2. numer. 45. Molini, disputat. 38 o. §. si vero. Quod si ignorans rem seruitutem subiectam tanquam liberam vendideris, cito non teneraris euincitione quoad interesse, & damna inde subsequenda, vt colligitur Anton. Gomez, & Molina locis citatis ex leg. penitus. ff. de euincitionibus, atcamen teneris emptori quantum minus rem illam emisisti, si teruitate careceret, leg. sed si quid. ff. de euincitionibus.

Hacufque de contractibus onerofov dictum est: at si fermento fit de contractibus lucrativis, vt est donatio, & promissio liberalis omnes conuenienter euincitio non esse locum. Nam cum donans, vel promitteret liberaliter nullam ex parte donatari, aut promissari cautam habeat, quia ad sic donandum, vel promittendum affrangatur, consequens est, vt ex vi contractus nullam euincitio obligatio cereatur. Neque vilium fundamentum sit presumendi te velle obligare re donata euincita aliam soluire. Et colligitur ex leg. Aristo. §. vtr. ff. de donat. Et traduntur omnes Doctores. Vt videat est in Anton. Gomez cap. 2. numer. 35. Molini disp. 352. vers. secundo.

Temperante autem aliqui, ne procedat, cum sciens rem effe

esse alienam donasti. Nam eo casu si donatarius sumptus aliquos in re habenda, defendenda, vel obseruanda fecerit tenetis ea solvere. Verum haec obligatio non oritur cuiuscumque, sed ex dolo commissio, quia dolo decepisti donatum, ut omnes illos sumptus faceret, ideoque ilorum dannorum causa extirbit. Ut constat ex dicta leg. Arif. ibi. Si quis mihi rem alienam donaverit, in eamque sumptus magnos fecerit, sic et mihi communicatur nullam mihi actionem contra donatorem competere, plane de dolo p[ro]f[essione] me auctorius cum habere actionem, si dolo fecit. Et tradit Gloria Bartol. & alij, quos refert, & sequitur Anton. Gomez, & Molina toc. alleg.

11 Secundo temperant plures, quos refert, & sequitur Anton. Gomez, d. cap. 2. numer. 35. in donatione que incipit à promissione, hanc enim affirmant obligare donatorem de euictione. ex dicta leg. Arif. & leg. 1. Cod. de iure dotium. Quia donatio incipiens à promissione orum haberet a causa obligatoria, & necessaria, siquidem potita missione iam donato obligatus est donare. At donatio nequit esse rei alienae, sed proprie. Ergo euicta re donata vixit aliena persuit obligatio donandi ex promissione orta. Et confirmo, promittens donare promittit rem facere donatarii, & in eum dominum transferre argument. leg. ubi autem non appare. §. fin. ff. de verbis obligationis. & §. fin. itaque institut. de verbis obligari.

Ceterum verius censeo, siue donatio incipiat à traditione, siue incipiat à promissione, si rei singulatis, & determinatis facta sit non esse obligatum donatarium de euictione. Et quidem cum donatio incipit à traditione doce: etiam ipse Anton. Gomez non teneri donantem de euictione siue donatur scienter, siue ignoranter ex dicta leg. Arif. & ex ratione superioris allegata: & quia donatio non debet donanti praudicare, & contra eius voluntatem inducere obligacionem. At quando à promissione incipit docuit Petri de Villapericia in leg. 2. Cod. de euictione. Fulgo. in leg. ad res donatis ff. de astillio editio, optimè Molina trax. 2. dispu. 35. §. secundo. Quotum fundamentum est primo, quia dicta lex Arif. & alia excusantes donationes ab obligatione euictione non distinguunt, an donatio à promissione incipiat, an à traditione, sed absolute dicunt donatorem non teneri de euictione, ergo de omnibus donationibus id intelligendum est. Praterea promittens donare rem aliquam determinatam promittit in donatarium transfeire ius quod in ilam habet. leg. serui electione. §. 1. ff. de legis. 1. Non autem promittit firmare eius donationem facere. Deinde donatio que incipit à traditione ideo excusat donatorem ab euictione, quia donans non aliud donare intendit quam id quod de facto tradidit: at promittens rem singularem donare nihil aliud videtur promittere quam rem iliam singulariter tradere. Ergo traditione illius obligationis promissione satiscatur, tametsi postmodum euincatur.

Noranter dixi si promiseris rem certam, & determinatam, nam si promisso fit in genere, vt centum aureos, tot viii amphoras, tot modios triticci, tot oves . nun si ea qua tradidisti tanquam aliena euincuntur teneris alia subrogare, non ex natura euictiones, sed quia obligationis promissione non fastificisti. Nam cum hac promissio non fuerit altricta his individualiis determinatis eorum solutione vtpote rei alienae non liberari.

Neque fundamentum Antonij Gomez virget. Nam lex Arif. potius nobis fauerit lex vero 1. Cod. de iure dotium, ideo promittens donum genero teneret de euictione, quia est causa onerosa, secus dicendum cum liberalis est. Ratio ex fundamento nostra sententia soluta est. Non enim promittens donec aliquam rem, promittit, cum effectu donationem, sed traditionem illius secundum ius quod in re habet, nisi forte in aliquo casu contrarium expressum esset, iuxta leg. 2. Cod. de euictione.

12 Tertio temperat & Anton. Gomez, cum communis sententia in legis, in quibus si testator rem alienam determinatam scilicet legat, quasi de euictione obligatur, siquidem astringitur affirmationem rei legatae euictae legatario concedere, quam obligatur, siquidem astringitur affirmationem rei legatae euictae legatario concedere, quam obligationem non sumpcipit si ignoranter fecerit, vt constat ex leg. cum alienam. Cod. de legatis. Quod si roges cur in donatione siue à traditione, siue à promissione incipiat non teneri donator astringacionem rei donatae euictae donatario concedere, bene tam id teneri testator. Respondebat optimè ipse Anton. Gomez dicens dispositiones ultimorum voluntariorum favorabiliores esse, latioraque interpretationem suscipere.

S. II.

Qualiter possit emptor agere de euictione

1 Requis agere quousque res per sententiam defini-

tiam que transeat in rem iudicatam quia sua sit.

2. Si imminent euictiones periculum decinere patet inquit.
3. Qualiter venditor occurrit dolo emperii potest?
4. Si empator corsicus est rem esse alienam agere potest, ut si premium reddatur.

R Egula certissima est, quam communiter Doctores colligunt ex leg. 1. cum quas. Cod. de euictione leg. 1. p[ro]p[ter]ius leg. habere licere. leg. illud ff. eadem, & leg. ratione ff. de rei vindicta. euictioni locum non esse quoque per sententiam definitum que transeat in rem iudicatam causa fuerit, & ab ipso empore abita. Quia vixit haec sententia, & illius executio accedit rem possides, neque ergo de possesso abita conqueris.

Veruna esto agere non possis de euictione, quoque cum effectu res euicta sit, attamen si imminent euictiones periculum, eo quod lis moueat. si id periculum in linea contractus praevium fuerit, vel post celebratum contractum ante preceptum solutionem, detinet pretium potes, quoque ubi fiduciis res, aliave similes securitas de euictione p[ro]sternunt, ut decidat exp[er]tus leg. si post perfectum Cod. de euictione. leg. 1. mult. §. fin. ff. de periculo, & commode rei vindicta. Et tradit Gloria. Barr. & alij quos refert, & sequitur Anton. Gomez d. cap. 2. numer. 39. Molina dispu. 38. §. quando non.

Sed quia timere venditor potest te dolo & fraude rememptam litigiosam facere inducendo amicos ut licet remouent, ne constituto tempore premium solvere cogitis, obsecere praeditum dolum poteris, si illum saltem consciens valens probare, tibique & actori iuramentum deferre quod malitia collusione, fraude, vel dolo lis moueat, ut adiungit Anton. Gomez d. cap. 2. num. 39. & latius expedit Menoch de artis lib. 2. cap. 244. per rotum.

Si vero certus sis rem à te emptam alienam esse, elo ante 4 item motam, & sententiam executionis mandatum non possis agere de euictione, potes tamen agere, vt tibi premium reddatur, & interplex quanti tui intererat rem emptam habere. Ut habetur leg. serui. §. sciens ff. de actionibus empi. Et quod premium procedit doctrina, tametsi venditor bona fide rem alienam tibi vendidierit, nam etsi bona fides excusat a solleto interesse, damnaque ex venditione subsecuta, non tamen excusat a redditione precepti, nisi forte nec te nec vitare perficit. Sicut ex communis tradit Anton. Gomez d. cap. num. 39 Mol. dispu. 380. §. quando venditor.

S. III.

Quæ teneatur praestare emptor, vt de euictione agere possit?

1. Debet denuntiare venditori item motam esse.
2. Denuntiatio facienda est cum presentatione ut venditor liti assisteret.
3. Inferendaque est copia libelli.
4. Hac denuntiatio facienda est venditori in presentia. Secundum minus ad eius domum.
5. Ab hac denuntiatione excusat minor;
6. Quod priuilegium communior sententia extendit ad loco clesiam;
7. Quo tempore facienda est denuntiatio;
8. Non excusat emptor a prosecutione liti facta denuntiatione;
9. Qualiter venditor teneatur defendere emptorem;
10. Venditor habens apud se instrumenta quibus emptorem defendere potest, teneat etiam irrevocabiliter exhibere;
11. Venditor esto non teneatur liti assisteret, potest tamen men;
12. Venditor esti priuilegiatus sequi in hac causa debet firmare emptoris;
13. Satius rationibus oppositis.

Convenient Doctores, ut emptor de euictione agere possit debere venditori vel eius heredi denuntiare item motam esse. lege emptor. leg. controvergia. leg. exp[er]tus actio. Cod. de euictione. capite fin. de empt. & vend. & leg. regia 32. & 36. titul. 5. part. 5. Quod procedit tametsi venditor littem mouerit. Nam ubi denuntiatio requirita est, non tam ad denuntiationem certiorandum, quam ad ipsum disponendum, & interpellandum ut aliud faciat, non sufficit noticia aliunde habita, sed exp[er]tus de nuntiatio interuenire debet, arguento legis qui vere

intendit a leg. denuntiatio ff. quid ergo ff. de adulterio. At in praesenti denunciatio requiritur, ut venditor interpelletur pro emptoris defensione à lice mota. Ergo debet denunciatio fieri expressa. Atque ita tradunt post plures alios antiquiores Couarriu. 3. var. cap. 17. num. 3. Anton. Gomez 2. var. cap. 2. num. 19. Gutier. 1. parte de iuram. cap. 61. num. 3. & 4. Fachin. lib. 2. contra. e. 3. circa finem. Molin. tract. 2. de iust. disp. 380. §. deinde ut venditor.

Et licet non debet plures grauesque Doctores. Bald. ad leg. emptor Cod. de enictionib. Salicet. ad leg. 1. Cod. de periculo. Et commode rei vendita. Immolar in cap. vlt. de empt. Et vendit. Et alij quos refert. & sequitur Couarriu. 3. var. cap. 17. num. 3. Greg. Lopez leg. 12. tit. 5. part. 5. in glossa magna vers. de forma existimante denunciacionem authenticam & solemnem ab ipso emptore venditori factam sufficiere, quia eo ipso interpellatur ut ad defensionem litis accedat. Sicut indicat lex si cum quistio Cod. de enictionibus ibi. Si cum quistio tibi super eo quem comparaueras moueretur, autorem tuum certum facisti, nec circa indicu disceptationem eum quem emors trididisti. Praes provincia in damnum te soleratiss meministi modelum, iure adhibebit. Atramen communior sententia, & in praxi recepta, ut ipsemet Couarriu. testatur afferit denunciationem faciendum esse cum protestatione, & requisitione, ut venditor liti motus afflatis, cauteisque defendat. Sicut tradit plures allegans Fachin. d. lib. 2. cap. 34. post int. Gutierrez. de iuram. cap. 61. num. 3. Molin. disp. 380. §. deinde venditor, quia Textus de hac denunciatione loquentes id exprimunt. Ut constat ex cap. fin. de empt. Et vendit. ibi ut rem venditam sibi defensor. Et leg. 1. Cod. de periculo. Et commode rei vendita. ibi ut causa agenda adest. Et idem habetur lege si rem 1. §. ultimoff. de enictionis lege si parentes lege empti actione. lege cum successore. Cod. codem & lege si venditorff. de iudicio. Et leg. regia 33. tit. 5. part. 5. Frustra autem interpellationem exprimerit si necessaria nou foret. Alia optimè posset venditor credere eius defensione emptori non indigere, siquidem ipsius pro illa non interpellat. Neque censendum est in mora constitui, cum nota sit iuri regula neminem obligatum ad aliquid factendum in mora constituit antequam fuerit interpellatus. leg. mors. ff. de iuris. leg. si ex legi causa. & leg. in iuram ff. de verbis. obligat. Neque his obligat lex cum quistio. Nam etsi ibi nullius interpellationis mentio facta sit sed solum denunciationis, alius legibus aperi te id deidentibus explicari debet.

Sed an haec denunciatione inferenda sit copia libelli, & acta cum emptore variarunt Doctores. Nam Anton. Gomez relato Romano, & Angelo 2. var. cap. 2. num. 39. corol. 3. Mol. disp. 380. §. deinde venditor non reputat necessarium, quia nullo iure cauteat. Sed longe verius est sententia Bart. in lego non solum ff. denuntioper. numeris. quem sequitur plures allegans Couarriu. 3. var. cap. 17. num. 5. Gutierrez. cap. 61. num. 6. & 7. Fachin. lib. 2. cap. 34. post med. necessarium esse, ut exemplum citationis, & libelli qui contra emptorem factus est venditori significetur, ut coiunctus deliberet an item prosequi, vel ab eo desistere debeat: maxime cum in Clement. etiam §. vlt. de elect. generaliter in omnibus denunciationibus eautum si habeat libelli copiam esse ostendam: fuitque lex nomen Cod. que res pign. oblig. possum.

Hac autem denunciatio facienda est ipsi venditori in praesenti, si commode reperi potest, sin minus ad eum domum coram illius vicini. Quod si constitutio ipsius malitiosè denunciationem subterfugere ab hac obligatione emptor liberabitur. Ut colligitur ex leg. 1. §. fin. ff. de enictionib. & ibi Bart. & alij quos refert. & sequitur Aut. Gomez. d. cap. 2. num. 39. Molin. loco citato. Motu autem venditore eius haeredibus haec denunciatio, & interpellatio facienda est. At quia qualibet haeres non integrum, sed pro sua hereditatis parte obligationem defuncti suscipit, debet emptor, ut integrè de enictione agat omnes haeres citare. I. in executione §. in solidum ff. de serv. obligat. & notat. Gom. vbi supra.

Ab haec denunciationis obligatione excusat minor cuius est venditor qui veaditorem scientem item motam esse nec denunciare, neque interpellare tenetur argum. lumento ex leg. in minorum. Cod. in quibus causis restituuntur in intergum non est necessaria. Vbi inquit Texius, in minorum persona res ipsa. Et ex solo tempore tarda preti solutionis moram feri, ac proinde in minoribus, cessit regula iuri interpellationem exigens pro moro incurenda.

Quam decisionem communior Doctorum sententia, quam refert. & sequitur Couarriu. 3. var. cap. 27. num. 3. in 4. lib. 1. Tiraquell. de priuilegiis. pia causa priuilegi. 141. & seq. Fachin. lib. 2. contra. e. 37. Molin. disp. 380. §. quando emp. extitit ad Ecclesiast. iuris. quae iure minoris viuit. Ut habetur cap. 1. & cap. auditis de in iugum restitucion. Neque contrarium probat (ut autum Cabalin. de enictionib. §. 3. numero 102. Anton. Burg. in cap. ultim. numero 8. & 9. de empt. & vendit.) Textus in cap. brevi de iureinando; Ferd. de Castro de Iust. & Iure. Pars 11.

vbi quidam iurans Ecclesiam defendere interpellatus fuit. Nam ipso non deciditur interpellationem fuisse necessariam, sed illum qui interpellatus fuit, ut Ecclesiam defendere, & renunt periculum fuisse non obstante appellatione. Neque item probat cap. potius de locato. Vbi emphycetum Ecclesie dies certus appositus solutioni in mora constitutus absque interpellatione. Nam inde non inferitur venditorem Ecclesie indigere interpellationem ut de cuestione teneatur, quia hanc obligationem suscepit ex ipsa contractu natura ab eo puncto quo lis Ecclesie mora est: nam ex illo cesseretur iure speciali requisitus, & interpellatus, ut optimè aduerit Couart. supra.

Tempus vero quo denunciatio, & interpellatio facienda est venditori explicit lex si rem. vers. final. ff. de enictionibus dicens quolibet tempore venditori denunciari potest, ut de ea agenda adest, quia non praeservatur certum tempus in ea stipulatione, dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat. Vnde requiritur ut fiat ante publicationem testium, & cause conclusionem, seu antequam tempus probationum, & exceptionum elapsum sit, alias nihil prodefet interpellatio.

Hinc restat inferit Anton. Gomez. d. e. 2. n. 39. si in prima instantia non fuit facta denunciatio posse fieri in causa appellationis, dummodo omnia sint integra, & salua videnti, quia possunt admitti omnes probationes, & exceptiones super articulos in prima causa deducitis, secus alias. Conseruat in his Couart. 3. var. e. 17. n. 8.

Facta autem per emptorem hac denunciatione cum omnibus suis requisitus non obinde excusat à prosecutione liti, & defensione rei empti, alias agere non posset de enictione iuris, quia sua culpa à causa cecidit. Ut colligitur explices ex lego 1. Cod. de periculo. Et commode rei vendita. ibi Et non abiente emptore contrarium pronuntiatum est. Quod intelligendum venit, dummodo venditor non promiserit explices causa defensionem, quia ea promissio oblationem emptoris in se suscepit, idque tunc emptori culpa impunita non est defensionis omisio. Ut alios referentes docent Gregor. Lopez. leg. 33. verbo comprador. tit. 5. parte 5. Gutierrez. 1. parte de iuram. cap. 61. numero 8. & 10. concilians dictam leg. 33. cum leg. antecedenti 32. Quod à posteriori procedit, si defensionem iuraverit, quia iuramentum vim haber interpellationis. Ut pluribus firmat Gutierrez. dict. cap. 61. num. 19. Ex eo autem quod contractus iuratus sit hanc obligat: nonnulli venditor non suscepit, neque à denunciatione emptor excusat, qui iuramentum non excedit ultra exceptio. Ut bene Gutierrez. supra. Et Molin. disp. 380. §. quando emp.

Venditor vero si promiserit causam defendere, & emptorem à qualibet molestia liberare fine dubio tenuerit, ut proxime dixi: at feculsa hac promissione ex vi contractus non tenetur huic defensioni assister, sed satisfaciens soliendo interesse, & damnata que emptori cuenterit re evita. Ut colligitur ex leg. empti actio Cod. de enictionib. & tradit Anton. Gomez in calce. numero 39. Gregor. Lopez. dicta leg. 33. verbo quisierte. Gutierrez. dict. cap. 61. n. 11. Molina. disp. 380. §. quando emp. scilicet.

Non caret tamen scrupulo, An venditor habens apud se instrumenta, quibus emptorem ab enictione liberare possit teneatur emptorem defendere etiam non requiritus. Neq. Riga in leg. 2. §. voluntatem p. num. 18. Digest. solito marum. Cabalin. de enict. §. 3. num. 72. Fachin. lib. 2. coprocur. cap. 36. in fine. Ducti quia hic causus legibus non innaturus exceptus. Sed verius confeo eni lege potius non excipiatur iure naturali, exceptum esse. Quippe venditor iure venditionis astingitur emptori concedere que necessaria sunt, ut res vendita apud ipsum perficiat. Cum autem illa instrumenta necessaria sint tenuerit illa instrumenta illi concedere, tamen ea in iudicio proponere non videatur alius, quia hoc necessarium non est, cum possit emptor ea proponere. Sic Bald. ad leg. 1. Cod. de periculo. Et commode rei vendita. Autem in addit. ad dicti Capella Tolosana 407. in tertia limitat. Anton. Burgen. in cap. vlt. n. 1. limm. 6. de empt. & vendit. Couarriu. 3. var. e. 17. n. 10.

Vetus ergo venditor non teneatur liti assistere, neque causam suscipere, si tamen velit quia sua interest potentia abs emptoris mandato non solum assistere liti, & coadiuvare iustitiam partis conuentu, sed omnino, in totum causam assumere, quia sua potius quam emptoris est defensione argumentum. Texius in leg. si parenti. Cod. de enictionibus leg. si haeres Codic. de litigis. & leg. 2. Cod. de accusationib. pte. quae & alia id probat Anton. Gomez d. cap. 2. numero 3. & Gregor. Lopez d. leg. 33. verbo compre. Couarriu. p. 37. gg. cap. 13. num. 2. & 3. cap. 1. 4. num. 3. Gutierrez. d. cap. 61. de iuram. num. 14. Molin. disp. 380. §. quando venditor. Quod procedit etiam in iure actoris, ut ex predictis textibus colligitur, & supra dicti Doctores adiungunt, modo tamen iudicium ceperunt non sit. Nam iudicio cepero est venditor possit invito actoris emptorem coadiuvare, & liti assistere, atramen integre

- causam suscipere nequit. Ut pluribus Textibus, & Doctoribus comprobat Anton. Gomez loco citato. Causam autem suscipere debet eo in statu quo ex tempore cum empore fuerit argumentum. cap. 2. vers. fin. ut lice pendeat lib. 6. & traduant ex communis Gregor. Lopez, Anton. Gom. Molin. & alii supra. Pius vero quam comparet saltem summariam probacionem praestare tenetur qualiter sua inter sic causam defendere. Sicuti Innocent. in cap. venienti 1. de testament. num. 2. Felin. in cap. cum super in princ. de re iudic. in 6. & Aut. Gom. d. cap. 1. num. 39. notarunt.
12. Gaius tamen est difficultas, An tenetur vendor causam prosequi apud iudicem emporis conuenti, vel possit si priuilegiatus est ad suum proprium iudicem causam deferre; Nam Glossa in cap. nullus clericum 11. q. Speculator, tit. de primo, & secundo decreto 8. restat, vers. quid si dominus num. 74. Caſtrenci in leg. vendoris ff. de iudicio. Immola in leg. non solum quod vulgo ff. de usurpationib. Platea in leg. 3. Cod. de iure fisci lib. 10. Aretin. §. actionum numer. 19. institut. de actionib. affirmant ad suum proprium iudicem causam deferre posse, quia eo causa vendor reus est; & tanquam reus conuentus causa coram suo iudice agenda est. Deinde fiscus ad suum proprium iudicem causam reuocat. leg. 4. Cod. de iure fisci lib. 10. Ergo etiam quilibet alias priuilegiatus maximè Clericus.

Ceterum communior, & verior sententia negat venditionem declinare posse emporis conuenti, sed necessarium apud eundem iudicem quo lis cepera est prosequandam esse, ne actionis deteriorem causam faciat, maximè cum ipse vendor conuentus directe non sit, sed iuri dispositione conuentus emporis partes suscipiat. Sic pluribus relat. resolut Anton. Gomez. d. cap. 2. num. 39. Fachini. lib. 2. cap. 37. circa medium. Molin. disp. 380. quando vendor, & constat aperire ex leg. vendoris ff. de iudicio lib. 1. Paulus respondit vendoris emporis iudicem sequitur. & ex leg. 1. Cod. vbi in rem actio. & leg. regia 57. tit. 6. par. 1.

13. Neque opposit rationes conuincent. Nam primæ iam est satisfactum. Ad simile de fisco responderi potest fisco esse speciale priuilegium, quod in clericis, aliisque priuilegiatis non invenitur. Addo hoc priuilegium fisci, eti plures Authores, quorum meminit Fachineus lib. 2. cap. 37. Et sequitur Marc. Anton. Peregrin. lib. 2. cap. 37. Et sequitur Marc. Anton. Peregrin. de priuilegiis fisci. lib. 7. tit. 1. num. 9. approbatur, eo quod in leg. cum vendente. leg. ad fiscum Cod. vbi causa fiscalis. leg. omis. Cod. de vendit. verum fiscali. lib. 10. habeatur causa fiscalis à iudice ipsius fisci cognoscendas esse. Et in leg. 3. Cod. de iure fisci lib. 2. dictum si minor pretio quam res est aperta emporis fraude vel gratia qua obligata sunt fisco vñierunt adiutori procuratoris debitan quantitatem inferenti testimoni cap. adiutori inebet.

Atamen communis sententia, quam referunt et sequuntur post alios antiquiores Rebuff. de dil. articul. 4. gloss. vnic. num. 9. Couarrua. præd. gg. cap. 8. num. 3. Cabalin. de euictio. lib. 3. n. 12. 4. Fachini. lib. 2. cap. 37. circa finem, notet fiscum inducenda non sunt absque manifesto textu, vel ratione, maximè cum iuri communis, & regulæ generaliter statuta obstant, at quod fiscus non obligetur sequi formam sui emporis conuentu nullo textu habetur. Nam præcitatæ leges nihil aliud decidunt nisi causas fiscales à procuratore Caesaris cognoscendas esse. At hec causa directe non est fiscale, sed emporis cuius defensionem fiscus suscipit.

Minus obstat, lex 3. Cod. de iure fisci, vbi nihil agitur de quodam quasi retratu, videlicet de recuperatione rei legitimis pretio per fiscum alienata. Cum enim fiscus rem alteri obligatam minori pretio vendiderit, directus dominus illius rei legitimam premium fisco offerat, quo oblatu fiscus præcedentem contractum rescindit restituendo pretio empori. Quod ad casum præsentem non attinet.

S. IV.

Expenduntur causas in quibus non est locus euictioni.

1. Si empor omisit legitimam denuntiationem agere ad euictiōnem nequit.
2. Item si cum ipso venditor conuenit, ut non renetur.
3. Quando conuenit ex aliqua causa determinata facta est, asserunt plures non tenori venditorem ad premium reddendum.
4. Eadem obligacione tenetur, sine euictio exclusa si ex causa determinata, sine generaliter.
5. Satisfacti ratione opposita.
6. Cum empor tempore sententia condemnatoria contrum acciter abest agere nequis de euictione.
7. Cessat euictions actio, si empor non appellaverit à sententia.
8. Si iniurie se sentit condemnatum appellare tenetur empor,

- est vendor præsens sit.
9. Causa dubia, & ambigua, & si plures conveant non obligatur, rationem ad appellandum.
- Verius est oppositum.
10. Quod intelligendum est, cum vendor abest, aut ei sententia congruo tempore intimiri nequit.
11. Si per imprudentiam iudicis res euicta fuerit, et ea sententia.
12. Excuse nisi vendor se obligasset de euictione sub illo sententia.
13. Si res euicta sit à sententia arbitrii negoti agi de euictione.
14. Neque cum empor ex mandato principis compellitur remaneri vendere.
15. Neque cum euictio res ex iure speciali.
16. Neque si empor sciuit rem alienam, aut alteri obligatas esse.
17. Procedit quomodocumque aliena sit.
18. Item est prestitum consuersum sit in uilitatem venditori.
19. Deinde non datur euictio, si empor per vim fuerit a possessione expulsus.
20. Si est culpabiliter prescribere omisit.
21. Et idem est si culpa sua poena sententiam amiserit.
22. Hares non agit de euictione pro parte quam putabat in honestate contineri.

Primò agere empor nequit ad euictiōnem, si item motam venditor solemniter cum qualibet omnibus in s. precedenti explicitis omisitis denuntiati, vel denuntiata defendere. Excipe nisi ipse vendor huic obligatio emporis cesserit, vi cedere potest, cum in eius favorum hæc obligatio emporis sit inducta, & probat expedit lex Harmonia ff. de euictiōnib. Et confirmat praxis Tabellionum hanc conditionem communiter in contractu emptionis, & venditionis aponentium, teste Anton. Gomez d. cap. 2. num. 39. Gutiér. de iuram. 1. p. cap. 61. num. 15. Et alij apud ipsos. Secundò excipit Molina. disp. 380. §. in sequentibus, nisi expresse vendor promisisset, vt quocumque causa res euictare tenetur de euictione. Nam eo causa credit Molina exculpi emporum à denuntiacione, si vendor conscientius fuerit litiis motu, fecus si ignorans. Verius crederem ex vi illius padiglieris, non illico alio causa teneti de euictione quam si pacium non fecisset. Satis enim convenienter illa verba explicantur fiscus quoconque causa iuxta iuris ordinem res euictari te velle de obligacione tenori. Et licet hæc obligatio contractu infinitiva tam illam exprimit. Præterea si ex illis verbis certetur vendor renunciare obligacioni denuntiations, eadem ratione renfundus erit renunciare cibis alteri conditio-

n. Secundò quando venditor credens rem vendendam nullo euictiōni periculi subici cum empori conuenit, vi non tenetur de euictione, se euicta excusat ab interesse, & dannis empori subiectis ex euictione solvendis, non tamen excusat a preti redditione, nisi etiam de pretio fuerit expresse conuentum; quia æquum non est ut ipse cum emporis iacture locupletetur. Ut expresse dicit lex emporis s. qui autem ff. de actionib. empl. cuius haec sunt verba: ibidem sit idem esse discordum est si aperi in venditione comprehendatur nihil euictions nomine præstitum iri, premium quidem debere euicta, uilitatem non debet. Neque enim bozzi fidei contractus hanc patitur conuentione, ut empor renamine, & venditor premium retinere, & traducere omnes te Anton. Gomez. d. cap. 2. num. 39. vers. Primus. Si autem vendor sciens vel dubius euictiōnis periculi conuenit de euictione nihil empori detegens non solum ad premium reddendum, sed ad interesse & damna sublegavit, altinguitur, quia conuento illa, & emporis causa nulla fuit repudio dolosa, & fraudulenta. Ut colligunt ex dicta lex emporum, & adiutent Aut. Gom. supra, & Mol. disp. 380. §. tercium.

Controversia autem est, si conuento concipiatur non generaliter, sed determinatè ex aliqua causa, vel persona vel scilicet non tenetur ex lite mota à Tito, ex sententia per impeditum iudicis lata, & similibus, an inquit tunc vendor ad premium reddendum tencatur? Negant teneri etiam hi sententia & mala fide venditor procelerit Anton. Gom. d. cap. 1. n. 39. vers. primus. Tiracquel. de retratu consanguinit. 9. 12. fol. 1. num. 14. facit Glossa in leg. libertatis ff. de euictiōnib. Et ibidem Bald. Angel. Salicet. Roman. singul. 387. Castro in leg. empori s. qui autem ff. de actionib. empl. Marti. singul. 6. 15. Ripa. leg. ff. aliquam rem. num. 47 ff. de acquir. poss. Nata. conf. 18. 1. num. 7. Dicuntur ex leg. libertatis ff. de euictiōnib. ibi. Quid libertatis causa excepti in venditione, siue tam tunc: cum tradiceretur liber homo fuerit, siue conditions que testamento fuerit impleta ad libertatem personam non tenebitur euictiōnem nomine. Ecce qualiter excepta causa libertatis cesserit ob eam causam euictio, & suffragatur ratio. Nam cum exprimatur certa causa concipiatur debet empor aliquod periculum adfuisse, ideoque sibi imputare debet quod periculum non cauerit argum. leg. 1. §. 1. ff. de Edilitio euictiōni. leg. ff. fundam. Cod. de euictiōnib.

Sed

Sed contraria sententiam nempe ex vi illius exceptionis determinare non aliter tenetur quam tenetur cum generaliter eiusdem excluditur firmariunt Anton. Rubens *in leg. nov. folia 8. motu numero 446. ff. de operis novi nuntiis*. Couarrius. 3. var. cap. 17. num. 1. Cabalin. *de euictionib. 5. i. post numer. 26. Facion. lib. 2. cap. 40. Molin. disput. 380. secundus*. Et colligitur ex dicta leg. emptorem, ubi nulla sit diffinatio. An renuntiatio procedat generaliter vel ex causa determinata, maxime cum in utroque euentu ratio decidendi in dicta leg. emptorem procedat, scilicet ne vendor cum iacturae empatoris locupletetur. Et quidem si malitiosa venditor processit, nec detexit, rationes dolis non solum ad utilitatem, sed ad interesse, & damna obligatur. Nullaque est causa, vt recte probat Couarrius. *d. cap. 17. numero 2.* ob quam vendorum pretium sit applicandum, non titulo permutationis cum res vendita fuerit aliena & in dominum empotoris minime translatâ, non titulo donationis, cum donatio non sit presumenda, ubi alia causa agitur scilicet commutatio rei, & pretij: non denique in personam quod empator in (speciali) euictionis causa conseruit, nam inde non sequitur mala fide emisse, potius enim probabilitas existimare ob suam securitatem omnimodum vendorum eam causam excipere, non quia aliena esset, & pericolo probabili euictionis subiecta. Satis enim est, si ob hunc confusum ad interesse, & damna ob euictionem ex illa causa agere non possit.

5 Neque obstat *lex libertatis*, quia ibi solum dicuntur non teneri euictionis nomine, quod explicandum est iuxta leg. emptorem, ut iusta iuribus concordent: non teneri inquam quodam interesse & damna, cum bona fide contrauctus celebratus est, bene ramen ad utilitatem, seu pretium receptum. Et licet expieta illa causa determinata empotori imputetur quod non praeferit diligenter ad caudatum eu. & onus periculum: sicut etiam impator, cum generaliter euictionis obligatio excipiatur: at illa imputatio solum praelat, ne possit agere ad interesse, & damna, nisi tamen impedit quia ad utilitatem agere posuit.

6 Tertio: cum empator tempore sententia condemnatoria concunctor accepit, agere non potest de euictione, quia tunc ob eius absentiâ, & coniunctam potius quam ob malam causam praesumunt condemnatos, ideoque sibi & non vendori est imputandum. *cap. 17. de emp. & vendit. & leg. si ideo in principe eu. euictionib. leg. emptor. Cod. ceterum. 36. tit. pars. 5. & ibi. Gregor. Lopez. Couarrius. d. cap. 17. num. 9. Guiter. de iur. am. cap. 63. n. 1.* Verum si ipse probaverit fusile præteritem in iudicio cum causa dictereatur, diligenterque defensiones allegasse, & pro viribus item prosecutum esse, tametsi tempore sententia absens fuerit non impeditur iure euictionis, quia tunc eius absenta nullius aut p[ro]p[ri]e adiutorii, cum eodem modo condemnaretur ac si prætefuerit. Ut recte Couarrius. *d. n. 9. nota.*

7 Quartio: casus euictionis adiutorio, si emptor non appellauerit a sententia, tametsi his fuerit venditori denuntiata iuxta leg. Herennius §. *Caius ff. de euictionib.* Sed an hoc verum sit, cum bogam, vel malam causam habet, vel cum vendori est præfensus, vel ables d[omi]n[um] Doctores, quorum opiniones refutantur Facion. lib. 2. *construens. cap. 40.* Illis omisitis.

Dicendum est, si emptor manifeste agnoscit iniuriam evincit, & ob hanc causam ab appellando abstineat nullatenus ius euictionis amittere, quia puniri non potest ob actum iure naturæ debitum. Si enim ante sententiam proprio mente posset, & debet rem manifeste alienam vero domino reddere, & ea redditia agere ad pretium, & interesse iuxta ea que in 1. §. diximus, a fortiori id potest re per sententiam euicta, & vero domino tradita sicut iactinatur. Anton. Gom. *loc. 2. n. 40.* Couarrius. 3. var. cap. 17. num. 9. Molin. *disput. 380. §. tertius.* Facion. lib. 2. cap. 40. *conclusio.* Et colligitur ex leg. Herennius §. *Caius ff. de euictionib.*

8 Si autem credit emptor bonam causam, sed ob imperitum iudicis, aut inquam informationem, aliamque conditionem condemnatus est, appellare tenetur, tametsi vendor præfensus sit, vel sententia illi intimeret, aliquo iure euictionis priuabitur, quia illa sententia iniuriosa esse videtur, ideoque non debet venditori nocere. Ut in leg. si per imprudentiam ff. de euictionib. Et tradit Bald. *in d. Caius in fine.* Anton. Gom. *d. cap. 2. num. 40.* Couarrius. *d. cap. 17. num. 9.* Facion. *d. cap. 40. circa finem.*

Quod si causa dubia sit, & ambigua communior sententia, Glosto. Bart. *in d. leg. Herennius §. Caius ff. de euictionib.* Imola. *cap. fin. num. 8. de emp. & vendit. Nata. conf. 1. 06.* Cabalin. *de euict. §. 3. num. 145.* Anton. Gomez *d. cap. 2. num. 40.* Facion. *d. cap. 40.* sententia nullam esse appellandi obligacionem. Tum quia sententia præsumi debet iusta, ac proinde illam appellatione impugnans sententia malam causam souere. Tam quia nullibi cauerit debere emptorem appellare, sed solum denuntiare venditori item motum. Sed verius est obligatum esse empotem ad appellandum. *Ferd. de Castro de Iust. & Iure. Paris. 14.*

prout tenet Bald. Couarrius. *cap. 17. num. 9.* Molin. *disput. 380. §. tertius.* Et facit lex regia. *36. tit. 5. pars. 5.* Mouetur quia electio pro sententia iudicis sit presumptio, haec tamen Præsumit prior coram iudice, appellationis probationem admittit, & qua facta sapientia sententia prius data revocatur. Præterea in secunda instantia forte probationes, & instrumenta adducuntur, quae iustitiam empotoris declarant, & ab ecclesiis liberentur, *leg. per manu. Cod. de temporibus appellat. cap. cunctio de fide instrumentorum.* Ergo omittens hanc defensionem sua culpa censenda estres cuncti, ac proinde venditorum imputati non debet.

Tempore hanc proximam doctrinam de causa dubia, vt intelligatur cum venditor abeat, aut illi coniugio tempore & apto ad appellandum, itemque prosequendam sententia non intimatur, nam si praefixa sit, vel sententia ei notificata celat in empotori appellationis obligatio. Vt ex presf. tradit aliis relatis Ant. Gomez *loc. cap. 2. num. 40.* & indicat Couarrius. *d. cap. 17. num. 9.* & conuinxit ex leg. Herennius. §. *Caius ff. de euictionib. vbi habetur, quod si sententia fuerit late praefixa venditore, vel auctore non tenetur empotor, vel poifilio condemnatus appellare: forte quia venditor non appellans, neque empotor ad appellandum indicens indicat sententia acquefere, & bonam causam non habere: idem colligitur ex leg. si procuratorem. §. si ignorantes in fine ff. mandato: vbi si euillor[um] conuentus, & condemnatus sicut tenetur appellare, vt in præc. illius Textus habetur, attamen ab hac obligatione liberatur si debitor principali denuntiet. Sic ergo in prædicto dicendum est. Neque obstat quod superius diximus teneri empotem prosequi item, & causam euictionis defendere, quia id verum est quodque sententia condemnatoria accedat abente venditore, vel impotente ad se defendendum.*

Quinodo celat euictio, si res per imprudentiam iudicis errant in iure vel facto, vel eius manifestam, & nequitiam facilius evicta. *leg. si de imprudentiam ff. de euictionib. & cap. 36. tit. de emp. & vendit. & leg. 36. tit. 5. pars. 5.* haec enim euictio non ex re vendita, sed ab extrinseco, & ex accidenti contingit, sicut si per fortunam auferretur, ac proinde tanquam causam fortuitam reputanda est, & empotoris perditio cedit; non venditoris, *leg. necessario. ff. de periculo.* & commodorum rei venditare. & lego 1. *Cod. ceterum.* & §. *cum autem insit. de emp. & vendit. Anton. Gomez. loco cap. 2. num. 40. in fine.* Couarrius. 3. var. capite 17. numero 10. Molin. *disput. 380. o. §. quartus.* Quod verum est, tametsi sententia late fuerit aduersus ipsum venditorem, eo quod causam empotoris suscepit iuxta legem 2. §. *solem ff. de bareaturate, rei actione venientia;* quia illa causa culpe non impedit quin euictio non ex re vendita, sed ex iudicis malitia, aut imperita procedat, & consequenter quod dominio rei nocere debeat. Et licet hanc iniuriam committent iudex in odium vendoris, non obinde venditor obligari de euictione, quia ipse causa non est talis iniuriant, tametsi iniuriant & occasionem dederit. Ut bene adiutat Couarrius. *d. cap. 17. num. 10.* Neque placet restrictio ab ipso adducta, dummodo iniuriant poli venditionem ora fuerit: nam ello fieri ora ante contractam venditionem, ipsi venditori euictio imputanda non est, cum ex ea iniuriant non procedat, sed ex malitia iudicis inimile suam causam vindicant.

Excuse tamen nisi vendor se obligasset de euictione, etiam si per iniuriam iudicis euictio contingat, nam ea obligatione polita de euictione tenetur, vt inquit Angel. conf. 176. *incipiente præmissione est. Decius. conf. 74. num. 1.* Guiter. 1. pars. *de iur. am. cap. 61. num. 17.* Quam obligationem assentem predicti Doctores non se extendere ad eam iniuriam, quia iudex prætermis iuriis ordinis euictionem præstat, ut ipso iniquitatem in solitam, & raro contingentem, sed solum extendi ad eam iniuriam que ex imprudentia iudicis, vel eius iniquitate gratia fauendi auctori, vel offendendi empotente procederet.

Sexto agere de euictione emptor non potest, si res euicta sit a sententia arbitrii in quem consensit, ut licet decideret. Nam cum ipse non habeat iurisdictionem nisi ex consensu partii confundens est non necessitate, sed eius voluntate euictio non præstat. Ut manifeste probat leg. si victimam. §. si compromisero ff. de euictionib. & colligitur ex 1. si minoris ff. de minorib. & dispositi. regia 36. tit. 5. pars. 5. & tradit ex commentarii sententia Antonius Gomez *dict. cap. 2. num. 41.* Ex quo recte inferit, si sponte prærogaverit iurisdictionem, & confundens in non solum iudicem non posse agere de euictione, quia non necessitate, sed voluntate euictio præstatuerit. Secus est si ex forma legis, vel statuti cogatur compromittere, quia iam non voluntate, sed necessitate euictio contingat.

Sextimo: euictioni locus non est, cum emptor ex mandato principis compellitur rem alteri vendere, aut alio contractu oneroso tradere. Tum quia videtur euicta per casum fortuitum, in quo cessat euictio. *leg. Lactuus. ff. de euictionib.* Tum & præcipue quia non euincitur ob aliquem

defectum quem à venditore accepit, ac per consequens ipse reparare non debet. Sic Anton. Gomez d. cap. 2. num. 41. vbi bene refert si res euincatur ab emptore, vel possessore per viam retractus non esse locum euictionis ob predictas rationes.

15. Quidam non datur euictio, cum res euincitur ex iure speciali: vt si beneficio restitutions in integrum euinceretur, quia tunc non agitur ad interesse, sed ad pretium; iuxta leg. minor. 1. f. annis. s. de euictionib. Excipe nisi de euictione in eo calo promissiles. Ut alios referens docuit Anton. Gom. d. cap. 2. numero 42.

16. Nunc cessat euictionis obligatio, si emptor scierit rem alienam, vel alteri obligatam emere. Nam eo euento neque ad pretium agere poterit nisi de euictione conuenierit. Ut probat lex s. fraudum, Cod. de euictionib. cuius verba sunt. Si fundum sciens alienum, vel obligatum comparauit. Arhenoches, neque quidquam de euictione conuenit, quod ex nomine dedit contraria iuris rationem. Sic pluribus relatibus Couarruu. 3. var. c. 1. pof. n. 1. Anton. Gomez. 2. var. cap. 1. num. 41. Fachin. controuer. lib. 2. cap. 40. initia. Ratione huic reddit Anton. Gomez, quia videbat donare pretium qui sic dedit. Sed infra ratio, cum eius animus non sit donandi, sed permittandi. Quapropter censio in penam delicti committi priuari actione rependi. Extendit idem Anton. Gomez conclusionem, ut procedat tametsi pretium non soluerit, quia non poterit retinere. Quod verum credo post sententiam; secus in foro conscientiae ante iudicis declaracionem.

17. Temperant autem Anton. Gomez, Couarruu. alios referentes, vt procedat in emptione rei penitus aliena, fecus si aliena non sit, sed alteri obligata; & restitutions ex fideicommissu subiectam: nam eo calo ad pretium agere poterit. Dicuntur ex l. fin. Cod. Communia de legatis. vbi explesè conceditur emptori quod possit agere ad pretium.

Ceterum hanc restrictionem nequam admittendam censio, quia videbat explesè aduersari dicta leg. s. fundum: cum ibi non solum de re penitus aliena, sed de re alteri obligata sermo fuerit, & de viritate dispositio texus emptori contra iuris rationem poscere quod dedit, nisi de euictione conuenierit. Praterquam quod Texthus in dicta leg. fin. explesè dixerit. Cum sufficiat emptori saltem pro pretio quod sciens dederit pro aliena re sibi satisficeri. Afferre autem d. leg. s. fundum corrigi per leg. fin. s. vlt. Cod. communia de legatis. Sicut dubitabat Cabalin. de euict. s. 1. num. 21. minus verum est, quia legum correctione non est faciliter admittenda. Quapropter placet mihi soluto quam tradidit Fachin. d. cap. 40. & latius, lib. 7. cap. 1. 4. dicere in calo dicta leg. vlt. de euictione fuisse conuentum, vt indicant illa verba antecedentia. Neque dupla stipulatione, neque melioratione locum habente. Quasi diceret etiam postea stipulatione euictionis non est ad duplum agendum, neque ad meliorationes, cum sufficiat pro pretio sibi satisficeri. Cum vero inquit texus non posse agere ad melioramenta intelligi debet, vt bene aduersit Couarruu. d. cap. 17. n. 3. comparatione vendoris. At comparatione euincens optime agere potest, sicut potest quilibet alias male fidei possessor.

18. Secundum temperat Anton. Gomez, nisi pretium conuerserit in utilitatem vendoris, quia tunc fatem illud poterit repetere, ut probat lex. emp. ff. de rei vindicat. Sed neque haec restrictione est admittenda, quia destruit dispositionem in dicta leg. s. fundum. Cum ibi absoluè decidatur non posse emptorem agere ad pretium quod dedit nisi de euictione conuenit. Supponit ergo pretium vel à venditore haberi, vel in illius utilitate conuersum esse. Neque contrarium probat lex. emp. agit namque cum ignorantie processum est. Inde tamen non est inferendum posse vendoritem pretium illud in specie, vel aequaliter retinere, cum nullus sit titulus, sed in foro conscientiae reddendum est emptori. In foro vero externo fisco adiudicandum.

19. Decimò si per vim expellatur emptor à rei emptis possessione non est locus euictionis, tametsi vendoris de euictione stipulatus fuerit, promiseritque emptorem defendere de iure, & de facto. Ut habeatur leg. fin. de actionib. empti: quia recte inquit Anton. Gomez. d. 2. n. 42. intelligi debet, cum defensio possibilis est, & res euincetur iuste non iniuste.

20. Undecimo, cum emptor potuit vinculare, vel praescribere rem, sua culpa omisit, perdit euictionis beneficium. Ut habetur leg. s. dictum. s. sed cum possit. ff. de euictione. leg. regia 36. tit. 5. par. 5. & aduersit ex communione Anton. Gom. d. n. 42. Mol. disp. 386. circa finem.

21. Duodecimo quando emptor sua culpa possessionem rei amisi, indeque effectum est, vt de reo fieret actor. Ob eius cauillam forte item amisi excluditur ab euictione. leg. s. rem quam. ff. de euictionib. leg. 36. tit. 5. part. 5. & notant ex communione Anton. Gom. & Molin. qui bene aduersit id esse intelligentiam de quaenamque alia re qua in causa esse possit emptori item amittiendi. Sicuti si contra prescripta in

contractu rem vendidit, aut alienauit, ex quo item possit neque agere de euictione, quia sibi imputare debet custodia non venditori. leg. s. mancipium in princip. & leg. fin. de euictionib.

Tandem addit Anton. Gomez, non posse emptorem hereditatis agere de euictione, si res aliqua que hereditati pertinet pertinet euicta fuerit. Secus vero si ipsa hereditas, hereditatis quota vendita euinceretur. Vt diximus s. prae-

§. V.

Quibus obligationibus astringatur vendor, cum de euictione teneretur.

1. Statuuntur obligationes vendoris.
2. Negant plures sumptus factos ab emptore qui rem ab euicta non liberavit teneri subiectum soluere.
3. Verior est opposita sententia.
4. Satisf. contraria.
5. Ad quos sumptus teneantur?

Ex sequentibus constat venditorem de euictione obligatum restituere debere emptori pretium rei venditae, deinde interesse, & damnum subiectum si dolo processu. At duplam restitutionsem pretij accepti nunquam tenetur nisi expresso pacto se obligauerit. Ut colligunt ex leg. emptori ff. de euictionib. Quama restitutionsem si emptor intentasse non poterit agere ad interesse, aliquae damna ex euictione subiecta. Ut probat explesè lex. emp. s. Causa s. de actionibus empti. Quare agit, ut sibi expensi, & sumptus in defendenda re euicta soluantur, neque ad duplum agere.

Difficultas ergo grauis est si res euicta non sit, quia emptor acriter pro re conseruanda pugnabit, aut sumptus factos tenetur vendoris soluere, sicuti si res euicta esset? Negant Gloffia, & Bald. in leg. 1. Cod. de euictionib. & in leg. s. stat. Codic. codem. Speculator. titul. de emp. & vend. §. primo numero 34. vers. sed quid si in instrumento. Fulgo. in leg. qui absentem, ff. de procuratori. Cuman. in leg. venditores ff. de verbis obligat. Dicuntur primo ex leg. s. stat. Cod. de euict. vbi Texthus inquit. Quod si fuisse formam sententia declarauerit intelligi te ad venditorem rescribi non posse, quasi diceret te rescribi non posse ad venditorem pro recuperatione expensarum, nam pro seruo mansuetum erat non esse rei bonis locum, cum non fuerit euictus. Secundo venditor si venditores tenetur facere, ut emptori res habere licet, leg. ex emp. ff. de actionib. empti. Si minus tenetur ad totale interesse. At in praesenti iam emptori res habet ergo. Texthus vel his emptori mora fuit iuste, vel iniuste? Non iuste alias debebat euictio subsequi, si iniuste venditores impunissem non est, sed tanquam causis fortius indicandus: fieri si per vim, aut violentiam tentaret emptor expelli, & in se defendendo sumptus aliquos praestaret, non obinde venditor ad eos soluendos astringatur. Et confirmo: emptor nequit à venditore expensas litis exigere, si ad illarum solutionem aduersarius condemnatus fuit, quia ad summum tenetur in defectum aduersarii. Si autem ab expensis fuit aduersarius absolutus, vel id sit ob imperitiam iudicis, & tunc venditor obligandus non est ad expensas, sicuti non obligatur ad rei solutionem, cum per imperitiam iudicis res euincitur. leg. s. per imprudenciam, ff. de emittendis. Si autem iuste & legitimè excusat fuit ab expensarum solutione, id est fuit, quia bonam causam sonit, & tunc, euictio subsecunda erat, vel quia ignorantia processit, & tunc non est venditores refundendum.

Ceterum semper praesumptio sumenda est in favorem iudicis, & sententiae, ac proinde cum res euicta non sit, praesumptio debet aduersarii non iure, sed facto, acce adeo inique item moxile, ad quam non videat vendoris obligans, cum non processerit ex causa tempore venditionis existente, sed ex causa subsecunda venditionem exscusat ex malitia vel imperitia actoris emptorem molestantis.

Sed cetera sententia afferens venditorem ab emptore debite denunciatur obligatum esse solvere emptori expensas, si ab auctore non recuperaretur communis est, & omnino amplectenda, quam docuerunt Bart. Paul. Immola, Averin. & alii in d. leg. venditores ff. de verbis obligat. Panormi. in capite fin. de emp. & vendit. circa finem. Antoniu. Gomez. 1. var. cap. 2. n. 47. Cabalin. de euictionib. §. 3. n. 46. Fachin. lib. 2. controuer. 3. 9. Molin. disp. 38. in fine. & alii apud ipsos Fundamentum est. Venditor ab emptore denunciatus est non teneatur determinare cauillam subiectum, & emptorem defendere, attamen tenetur sub disunctione vel cauillam subcipere, vel interesse solvere juxta leg. cum queratur, ff. iudicium solvi, & leg. stipulations non dividuntur, vns. Cal. us. ff.

ff. de verbis obligat. Si vero non promiserit etiam obligatur, cum vi contractus hanc obligationem subeat eo ipso quo fuerit denuntiatus. *leg. s. plus. §. nota ff. de euictionib. & leg. qui absentem. ff. de procuratorib.* Solumque est differentia quod quando venditor promisit emptorem defendere, cogitur ad defensionem determinatae: cum solum ex contractu cogitur sub disunctione.

Argumenta in contrarium non videntur. Ad primum *ex leg. ff. statutis* respondere cum Fachinco *toi nullum esse sermonem de expensis*, sed de seruo vendito, de quo decidit Texus, si fuerit eius licet emptori ad venditionem reverti, fecus si eius non fuit, quod trahita dictum non est, cum causa libertatis ex tempore post sententiam latam usque ad tertiam vicem solita erat examinari.

Ad secundum respondeo, eo quod teneatur venditor facere ut emptor rem venditam habere possit obligatur ad illum defendendum, & consequenter ad expensas, & lumpus pro illius defensione factos.

Ad tertium respondeo non semper euictionem subsequendam esse quotes his iuste mouetur, quia moueri potest ex probabili causa, & ratione, non ex certa, & manifesta. Quando his sic mouetur neque ex imperitia, nec ex malitia actoris moueri censenda est, neque actor condemnari debet ad expensam solutionem, sed ipso venditor tenetur illas solvere ob obligationem quam defendendi emptorem habet, cum actor in iusta causa venditionem antecedens.

Ad ultimum respondeo presumam debere in favorem iudicis & sententiae, sed non inde inferatur praemundum esse actorem inique litem mouisse, sed minus iuste, in infimiorum que iure quam est illud quo emptor possidet.

Sed ad quos lumpus teneatur venditor? Non conuenient Doctores, Nam Paul. Caleren. Alexand. in *d.lg. venditores. ff. de verbis obligat.* solum concedunt obligatum esse ad lumpus factos gratia lieti in stucendo, vt sunt qui sunt in adducendo terribus, extrahendis instrumentis, & aliis humi modi. Dicuntur eo quod venditor obligationem tantum videatur habere instruendi emptorem de lite mota iuxta legi parentes, & leg. *empti Cod. de euictionib.* Ergo tantum obligatur ad lumpus qui huic instructioni defenser possunt. Sed hoc tentent dura vita fuit Cabalino de euictionib. §. 3, numero 148. Ideoque recte improbatur a Fachinco, lib. 2, controver. cap. 39, in fine. Nam venditor non solum tenetur emptorem in lite mota in stucendo, sed defendere ex dicta leg. *plus. §. nota ff. de euictionib. & leg. qui absentem ff. de procuratorib.* at obligatus ad defensionem, si de facto non defendere, obligatur ad omnes expensas, & lumpus qui pro defensione litis & cause necessarij fuerint. argum. *leg. sed eti. §. defendere ff. de procuratorib.*

§. VI.

An actio de euictione trahat ad immediatum successorem?

1. *Actio competens emptori aduersus venditorem personalis est, neque transit ad successorem.*
2. *Excuse nisi in re vendita, vel donata aliquod ius reservans.*
3. *Vel nisi in tuum emptorem cessiter actionem de euictione.*

Regula generalis est. *Actio euictionis que competit emptori contra suum venditorem personalis est, id est ne actum, neque passum transit ad particularem successorem* habent *leg. s. fin. ff. de contrahend. empt.* Quapropter si praedium a Sempronio emptum Tito donati, aut vendidi, quod praedium fuit a Tito euictum, nec Titus agere poterit aduersus Sempronium de euictione, quia ab illo non acceptit, nec tu aduersus eum qui a Tito euicit, non enim tibi viliam iniuriam inuitat, quinimo nec ex illius euictionis agere potes aduersus Sempronium qui tibi praedium vendidi, quia venditor solum tenetur emptorem defendere ne ab ipso res euicatur: at haec euictio tibi non est facta, sed tuo emptori.

Hec regulam aliquas patitur restrictiones. Prima si in re vendita, vel donata aliquod ius restituisti, vt si concessisti in dominum feudum, vel emphyteum, eo ipso si tuo emptori, aut donatario euincatur agere poteris aduersus Sempronium qui tibi vendidit, quia ea euictio simul est euictio tui, ac tu emptori cum ab utroque auferatur emptori res, tibi ius quod in illa restituisti. Deinde si facta euictione tuo emptori ipse aduersus te agat de euictione, & condemnari ad pretium reddendum &c, eo ipso agere poteris aduersus Sempronium tuum venditorem, quia perinde est condemnari ad solutionem prestiti pro te vendita recepti, ac si res vendita a te euincetur. Sic cur haec colliguntur *ex leg. s. prore §. 1. ff. de euictionib. leg. s. fernus §. 1. ff. eadem.* & notauit Anton. Gom. d. cap. 2. de empt. & vendit. num. 47.

Ferd. de Castro de Iust. & Iure. Pars II.

Secunda: si in tuum emptorem, vel donatarium cessiter actionem de euictione poterit ipse donatarius, vel emptor a qua res euicta est aduersus tuum venditorem agere non virtute venditionis, sed cessionis a te facta. Ut probat expedita lex *s. res quam ff. de euictionib.* ibi *Si res quam a Tito emi legata sit a me, non potest legatarius conueniens a domino rei venditori meo denuntiare, nisi cessiter ei fuerint actiones, vel quodammodo sit hypobecas habet: & notat alii relatis Anton. Gomez d. cap. 2. num. 47.*

PUNCTVM XXXIX.

De venditione, & emptione retractui subiecta.

Retractum in genere appellamus ius lege, statuto, vel consuetudine aliqui concessum rescindendi, seu reuocandi quoque ab alio alienata sunt. Hoc ius odiosum est, & studiè interpretandum, ut potest quod facultatem à natura concessam cilibet dñe propria, liberè disponendi, restringit. Sicuti colligit *ex leg. audum Cod. de contrah. emp.* & ex tradit. à Tiraquell. lib. 1. de retract. in prefat. n. 16. & num. 60. sequent. tametsi alij contrarium sentiant, quorum memoria ipse Tiraquel. in d. prefat. n. 56. ideoque spectanda sunt verba legis, i.e. statuti retractum concedenti, & ad vnguem observanda. Iure autem communis omnis retractus antecedens abolidus est, ut constat *ex d. leg. audum.* Neque aliquis videatur introductus nisi qui fuerit consuetudine, aut statuto approbat. Ut indicat *cap. constitutus de in integrum resipit.* & supponit Anton. Gomez *leg. 70. Tauri. n. 1.* Quapropter placet mihi retractus iure nostro regio concessos explanare. Hincque facilè cilibet erit retractus in suo proprio regno permisso intelligere.

§. I.

Qui retractus iure nostro regio concedantur?

1. *Triplex est retractus.*
2. *Retractus sanguinis explicatur.*
3. *Modus huius retractus.*
4. *Expenditur retractus societatis.*
5. *Item retractus in bonum publicum.*
6. *Quo ordine de his agendum.*

Tripliçem retractum inuenio iure nostro concessum. Retractum sanguinis, retractum societatis, seu communis, & retractum ciuitatis, bonorum communis.

Retractus sanguinis permititur *leg. regia 6 tit. 7 lib. 5 ordinam.* & *leg. 13. tit. 10. lib. 3. fori quae habentur leg. 7. tit. 11. lib. 5. noua collect. regie:* ibi enim conceditur proximiōi consanguinei venditent rem hereditatiam a suis maioriibus habitan, ut cilibet alteri emptori ante venditionem præferatur, & post factam venditionem rescindere, & reuocare possit iuxta novem dies oblati pretio quod pro illa fuit ab emptore concessum. Quod si proximiōi venditent non poterit, vel voluerit retractare, alius consanguineus in eodem iure succedit, qui pretio dato retractat iurans sibi & non alteri, neque in prædictum emptorum; aut consanguineorum rem venditare volere velle. Hunc legi concinit *lex 15. d. tit. 11. lib. 5. noua collect.* quatenus declarat rem retrahendam hereditatim debere esse non titulo donationis, venditionis, aut per mutationis acquisitionis.

Modus autem huius retractus præscribitur in legibus sequentibus. Nam *lex 8. eod. empti. 11. d. lib. 5. noua collect.* habetur ut novem dies concessi consanguinei proximiōi ad retractum currant aduersus minorem, & absentem, & ignorantem absque ullo beneficio restitutio, rameiū tuorum minoris possit nomine illius intra illud tempus retractare. Quod si filius, & frater venditoris concurrentur ad retractandum statuitur præferendum esse filium fratri venditoris.

In *leg. vero 9. eiusdem tit. & lib. quae desumpta est ex leg. 70. tauri.* declaratur retractu locum esse in rebus in publica substaſtione venditiis, computandosque esse novem dies concessos ad retractandum a die quo rei venditio perficiuit; ibi, *desde el dia del re matre: ca tamen conditione, ut retractans premium configat, solvaturque expensas ab emptore factas, & gabellam si forte empator solvit antequam res retractanda illi tradatur.*

In *leg. 10. eiusdem tit. & lib. quae est 72. Tauri.* rem hereditatim venditam ad creditum potest consanguineus proximus

A 2 3 mors